schildechte schock grosschen Fryberger mônez der besthen lantwere ouff unsers closters gutern und iarczinssen zu eren beden leiben, der wile sie leben, *wovon anderthalb Schock zu Walpurgis und anderthalb Schock zu Michaelis füllig sind. Nach dem Tode der einen Schwester sollen die drei Schock ganz auf die andere übergehen. Hierfür hat Hans Oßmund bezahlt 36 gute schildechte Schock Groschen Freiberger Münze,* die wer an unsers closters nocz und fromen gancz gewant habin und awzgegeibin, nemelich so habin wer mit deme gelde gelost czu unserm closter den bergk ober Grymme gelegin, den der apt czwor Celle lange czit inne gehad hod czu pfande und forsaczt gewest ist von unserm closter. — Geschrebin am dornstage vor deme palmantage nach Cristus gebort virczen hundert iore dornach im sechczigisthem iore.

412.

Notariatsinstrument über die Ernennung des Peter Harra und Johannes Schirstete zu Anwälten des Klosters Nimbschen durch die Aebtissin desselben. **1461 Febr. 7.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 7690 (ohne S.).

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadrin|gentesimo sexagesimo primo, indiccione nona, pontificatus sanctissimi in Christi | patris et domini domini Pii divina providencia pape secundi anno eius tercio, | die vero septima mensis februarii, hora quasi meridiei, in mei notarii publici testiumque infra scriptorum presencia personaliter constituta religiosa virgo et honesta domina Dorothea Blır *(sic)* abbatissa monasterii Throni sancte Marie, alias Nempschin nu[n]ccupati, — in stuba yemali et in loco capittulari de assensu et consensu omnium concapitularium viva una et concordi voce in profectum et melius tocius capituli atque dicti monasterii statuit et constituit ac sollempniter ordinavit in sindicos ac procuratores dicti monasterii absentes tamquam presentes veros et legitimos honorabiles viros dominum Petrum Harra plebanum sancti Iacobi Lipcz[ensis] Merseburgensis diocesis nec non dominum Iohannem Schirstete eciam in Lipczk degentem inibi alme universitatis membrum bene meritum dansque eis sindicis ac procuratoribus sic constitutis pro omnibus causis factis in futurum, dum oportunum fuerit, movendis plenam facultatem atque potestatem agendi faciendi amovendi extorquendi recipiendi atque qwitandi in meliori forma cum mandato substituendi promisitque iam dicta religiosa virgo et domina abbatissa mihi notario de consensu tocius capituli, quod, quidquid per huiusmodi eorum sic constitutos sindicos et procuratores eorum nomine actum tactum et gestum fuerit, hoc habere ratum gratum atque firmum. Super quibus omnibus dicta devota domina abbatissa me notarium infra scriptum requisivit, quatenus sibi de hiis actis et factis unum aut plura conficerem instrumentum aut instrumenta. Acta fuere hec omnia anno indiccione pontificatu mense die hora quibus supra, presentibus religiosis viris et dominis Iohanne Lutental, Georgio Ruß, Nicolao Hasenbart testibus ad premissa vocatis atque rogatis in fidem omnium premissorum.

Signum notarii. Et ego Bartholomeus Zcwigkaw publicus imperiali auctoritate notarius —.